

ro simpliciter, quia est supposito idem. Corpus autem Christi vivum, & mortuum fuit supposito idem: quia non habuit aliam hypostasim vivam, & mortuam, præter hypostasim Verbi Dei, ut supra dictum est (art. 2. huj. quæst.) Et hoc modo loquitur Athanasius in auctoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est quod omnino, vel totaliter: & sic corpus Christi mortuum, & vivum non fuit simpliciter idem numero: quia non fuit totaliter idem, cum vita sit aliquid de essentia corporis viventis, est enim prædicatum essentiale, non accidentale: unde consequens est quod corpus quod definit esse vivum, non totaliter idem remaneat. Si autem diceretur, quod corpus Christi mortuum totaliter idem remaneret, sequeretur quod non esset corruptum, corruptione dico mortis: quod est heresis Gajanitarum, ut Isidorus dicit, (Lib. VIII. Etym. cap. v. ad fin.) & habetur in Decretis xxiv. quæst. 111. (cap. *Quidam autem*) Et Damas. dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xxviii. in princ.) quod, corruptionis nomen duo significat: uno modo separationem animæ à corpore, & alia hujusmodi; alio modo perfectam dissolutionem in elementa. Ergo in corruptibile dicere corpus Domini, secundum Julianum, & Gajanum, secundum primum corruptionis modum ante resurrectionem, est impium: quia corpus Christi non esset substantiale nobis, nec in veritate mortuum esset, nec secundum veritatem salvati essemus. Secundo autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non remanet unitum alicui hypostasi permanenti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscumque alterius hominis non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi, ut dictum est (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod quia idem numero dicitur aliquid secundum suppositum, idem autem specie idem secundum formam; ubique suppositum subsistit in una sola natura, oportet quod sublata unitate speciei, auferatur unitas numeralis. Sed hypostasis Verbi Dei subsistit in duabus naturis: & ideo quamvis in Christo non remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero secundum suppositum Verbi Dei.

Ad tertium dicendum, quod corruptio, & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quod attenditur unitas, sed ratione naturæ, secundum quam invenitur differentia mortis, & vitæ.

Utrum mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem.

Inf. quæst. LI. art. 1. corp. & quæst. LVI. art. 1. ad 4. & ad Gal. 11.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors enim est quedam privatio, est enim privatio vitæ. Sed privatio, cum non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. Ergo non potuit aliquid operari ad nostram salutem.

2. Præterea. Falsio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. Sic autem: non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima à corpore, quæ est merendi principium. Ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

3. Præterea. Corporale non est causa spiritalis. Sed mors Christi fuit corporalis. Non ergo potuit esse causa spiritalis nostræ salutis.

Sed contra est quod Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. 111. sub fin.) *Una mors nostri Salvatoris, scilicet corporalis, duabus moribus nostris, id est animæ, & corporis, salutis fuit.*

Respondeo dicendum, quod de morte Christi dupliciter loqui possumus: uno modo secundum quod est in fieri; alio modo secundum quod est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem, vel naturalem, vel violentam, tendit in mortem: & hoc modo idem est loqui de morte Christi, & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostræ secundum id quod de passione supra dictum est (quæst. xlix.) Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundum quod jam facta est separatio corporis, & animæ: & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti, sed solum per modum efficientiæ, in quantum scilicet nec per mortem Divinitas separata fuit à Christi carne: & ideo quidquid contigit circa carnem Christi, etiam anima separata, fuit nobis salutiferum virtute Divinitatis unitæ. Consideratur autem proprie alicujus causæ effectus secundum similitudinem causæ. Unde quia mors est quedam privatio vitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum quæ contrariantur nostræ salutis; quæ quidem sunt mors animæ, & mors corporis. Et ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum, secundum illud Rom. 1v. 23. *Traditus est,* sci-

scilicet in mortem, propter delicta nostra: & mors corporis, quæ consistit in separatione animæ, secundum illud I. ad Cor. xv. 54. *Absorta est mors in victoriam.*

Ad primum ergo dicendum, quod mors Christi est operata salutem nostram ex virtute Divinitatis unitæ, & non ex sola ratione mortis.

Ad secundum dicendum, quod mors Christi, secundum quod consideratur in facto esse, et si non est ad nostram salutem operata per modum meriti, est tamen operata per modum efficientiæ, ut dictum est (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod mors Christi quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum Divinitatis sibi unitæ, operans in virtute ejus etiam mortuum.

QUÆSTIO II.

De sepultura Christi.

in quatuor articulos divisa.

Ende considerandum est de sepultura Christi: & circa hoc queruntur quatuor. Primo, utrum conveniens fuerit Christi sepeliri.

Secundo, de modo sepulturæ ejus.

Tertio, utrum corpus ejus fuerit in sepulcro resolutum.

Quarto, de tempore quo jacuit in sepulcro.

ARTICULUS I. 282

Utrum fuerit conveniens Christum sepeliri.

Inf. quæst. LII. art. 4. & opusc. 11. cap. cxxli. & cxxlii. & opusc. lx. cap. xx. princ. & I. Cor. xv. lect. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. lxxxvi. 6. *Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.* Sed in sepulcro includuntur corpora mortuorum; quod videtur esse contrarium libertati. Ergo non videtur fuisse conveniens quod corpus Christi sepeliretur.

2. Præterea. Nihil circa Christum fieri debuit quod non esset salutiferum nobis. Sed in nullo videtur ad salutem hominum pertinere quod Christus fuit sepultus. Ergo non fuit conveniens Christum sepeliri.

3. Præterea. Inconveniens esse videtur quod Deus, qui est super cælos excelsus, in terra sepeliretur. Sed illud quod convenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo ratio-

ne unionis. Ergo inconveniens videtur Christum fuisse sepultum.

Sed contra est quod Dominus dicit Math. xxvi. 10. de muliere, quæ cum inunxerat: *Opus bonum operata est in me: & postea subdit: Mittens enim hoc unguentum in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.*

Respondeo dicendum, quod conveniens fuit Christum sepeliri. Primo quidem ad comprobandum veritatem mortis: non enim in sepulcro aliquis ponitur, nisi quando jam de veritate mortis constat. Unde & Marci xv. legitur, quod Pilatus, ante quam concederet Christum sepeliri, diligenter inquisitione cognovit, eum mortuum esse. Secundo quia per hoc quod Christus de sepulcro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulcro, secundum illud Joan. v. 28. *Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei: & qui audierint, vivent.* Tertio ad exemplum eorum qui per mortem Christi spiritualiter moriuntur peccatis, qui scilicet absconduntur à conturbatione hominum. Unde dicitur Colos. 111. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.* Unde & baptizati, qui per mortem Christi moriuntur peccatis, quasi conspeliuntur Christo per immersionem, secundum illud Rom. vi. 4. *Conspelesti sumus cum Christo per baptismum in mortem.*

Ad primum ergo dicendum, quod Christus sepultus est inter mortuos liberum fuisse ostendit in hoc, quod per inclusionem sepulcri non potuit impediri quin ab eo resurgendo exivisset.

Ad secundum dicendum, quod sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & ejus sepultura. Unde Hieron. dicit super Matth. *Sepultura Christi resurgimus: & Isa. l111. super illud, Dabit impiis pro sepultura, dicit Glol. (ordin. Hieron.) id est, gentes, quæ sine pietate erant, Deo Patrique dabit: quia mortuus, & sepultus eos acquisivit.*

Ad tertium dicendum, quod, sicut dicitur in quodam sermone Concilii Ephesini, (& hab. part. 111. cap. ix. aliquid. à princ.) *nihil horum quæ salvant homines, injuriam Deo facit, quæ ostendunt eum non passibilem, sed clementem: & in alio sermone eju'dem Concilii (parum à princ. cap. x.) legitur: Nihil putat injuriam Deus quod est occiso salutis hominibus. Tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tamquam quæ aliquando subiecta posset esse injuriis.*

Ad tertium dicendum, quod persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter, quia nullo loco circumscriptur; sed nec omnia loca simul accepta ejus immensitatem comprehendere possunt; quinimo ipse sua immensitate omnia comprehendit. Hoc autem locum habet in his quæ corporaliter, & circumscriptive sunt in loco, quod si totum sit alicubi, nihil ejus sit extra. Sed hoc in Deo locum non habet. Unde Augustinus dicit in Lib. III. de Symbolo (cap. vii.). *Non per diversa tempora, vel loca dicitur ubique Christum esse totum, ut modo ibi totus sit, & alio tempore aibi totus, sed ut semper ubique sit totus.*

ARTICULUS IV. 289

Utrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

III. dist. xxii. quæst. 11. art. 1. quæst. 3. & opusc. IX. cap. xvi. circ. fin.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Christus nullam moram traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernum descendit, ut ex eo homines liberaret. Sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei subito beneficiare pauperem, ut dicitur Eccl. xi. 23. Ergo videtur quod nullam moram in inferno traxerit.

2. Præterea. Augustinus dicit in sermone de Resurrectione (ut sup.) quod sine aliqua mora ad imperium Domini, ac Salvatoris omnes ferri confracli sunt vestes: unde ex persona Angelorum concomitantium Christum dicitur: *Tollite portas principes vestras: Psal. cxlii. 7.* Ad hoc autem Christus illuc descendit ut vestes inferni confingeret. Ergo Christus in inferno nullam moram traxit.

3. Præterea. Luc. xxi. 11. dicitur, quod Dominus in cruce pendens dixit latroni: *Hodie mecum eris in paradiso:* ex quo patet quod eodem die Christus fuit in paradiso. Non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulcro. Ergo secundum animam, quæ ad infernum descendit: & ita videtur quod non traxerit moram in inferno.

Sed contra est quod Petrus dicit Act. 11. 24. *Quem Deus suscitavit, solatus doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Ergo videtur quod usque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

Respondere dicendum, quod sicut Christus, ut nostras penas in se susciperet, voluit corpus suum in sepulcro poni; ita etiam voluit animam suam ad infernum descendere. Corpus autem ejus mansit in sepulcro per diem integrum, & duas noctes, ad comprobandum

veritatem mortis suæ. Unde etiam tantumdem credendum est animam ejus fuisse in inferno, ut simul anima ejus educeretur de inferno, & corpus de sepulcro.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus statim ad infernum descendens sanctos ibi existentes liberavit, non quidem statim educendo eos de loco inferni, sed in ipso inferno eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conveniens fuit, ut tandiu anima ejus remaneret in inferno, quamdiu corpus manebat in sepulcro.

Ad secundum dicendum, quod vestes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis, quos Christus statim descendens ad inferos virtute suæ passionis, & mortis confregit: & tamen voluit in inferno aliquamdiu remanere, propter rationem prædictam (in corp. art.)

Ad tertium dicendum, quod illud verbum Domini est intelligendum non de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spiritali, in quo esse dicuntur quicumque divina gloria perfruuntur. Unde latro loco quidem cum Christo ad infernum descendit, ut cum Christo esset, quia dictum est ei, *Mecum eris in paradiso*; sed premio in paradiso fuit, quia ibi Divinitate Christi fruebatur, sicut & alii Sancti.

ARTICULUS V. 290

Utrum Christus descendens ad inferos sanctos patres inde liberaverit.

III. dist. xxii. quæst. 11. art. 2. quæst. 1. & opusc. 11. cap. cccxxxv.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod Christus descendens ad inferos sanctos patres inde non liberaverit. Dicit enim August. in epistola ad Evodium (clxiv. al. cxix. ante med.) *Illis justis qui in sinu erant Abraham, cum Christus in inferna descenderet, nondum quid contulisset inveni, à quibus eum secundum beatificam presentiam suæ Divinitatis nunquam video recessisse.* Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. Non ergo videtur quod Christus sanctos patres ab inferis liberaverit.

2. Præterea. Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum. Sed sancti patres, dum adhuc viverent, per fidem Christi justificati fuerant à peccato. Ergo non indigebant liberari ab inferno, Christo ad inferos descendente.

3. Præterea. Remota causa, removetur effectus. Sed causa descendendi ad inferos est peccatum, quod fuit remotum per passionem Christi, ut sup. dictum est (quæst. I. art. 6.) Non ergo per descensum Christi ad inferos facti patres sunt de inferno educi.

Sed

Sed contra est quod Augustinus dicit in sermone de resurrectione (ut sup.) quod Christus, quando ad inferos descendit, *portam inferni, (a) & vestes inferos confregit; & omnes justos, qui originali peccato adstricti tenebantur, absolvit.*

Respondere dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc. ad 2.) Christus descendens ad inferos operatus est in virtute suæ passionis. Per passionem autem Christi liberatum est genus humanum non solum à peccato, sed etiam à reatu poenæ, ut supra dictum est (quæst. xl. art. 3. & quæst. I. art. 6.) Dupliciter autem homines reatu poenæ erant adstricti: uno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat; alio modo pro peccato totius humanæ naturæ, quod à primo parente in omnes originaliter devenit, ut dicitur Rom. v. Cujus quidem peccati poena est mors corporalis, & exclusio à vita gloriæ, ut patet ex his quæ dicuntur Gen. 1. & 17. nam Deus hominem de paradiso post peccatum ejecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. Et ideo Christus descendens ad inferos virtute suæ passionis ab hoc reatu sanctos absolvit, quo erant à vita gloriæ exclusi, ut possent Deum per essentiam videre, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, ut in secunda parte dictum est (1. 2. quæst. 111. art. 8.) Per hoc autem sancti patres detinebantur in inferno, quod eis ad vitam gloriæ propter peccatum primi parentis aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos patres ab inferis liberavit. Et hoc est quod dicitur Zachar. ix. 11. *Tu vero in sanguine testamenti tui (b) eduisti vinclos de lacu, in quo non erat aqua.* Et Colos. 1. 13. dicitur, quod expoliens principatus, & potestates, scilicet infernales, auferendo Abraham, Isaac, & Jacob, & ceteros justos, *traduxit eos, id est, longe ab hoc regno, tenebrarum ad cælum duxit, ut Glossa (ord.) ibidem dicit.*

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus ibi loquitur contra quosdam qui estimabant, antiquos justos ante adventum Christi in inferno doloribus poenarum fuisse subjectos. Unde parum ante verba inducta præmittit, dicens: *Addunt quidam, hoc beneficium antiquis etiam sanctis fuisse concessum, ut Dominus cum in infernum venisset, à doloribus solverentur. Sed quoniam modo intelligitur Abraham, in cuius sinu etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse delictis, ego quidem non video.* Et ideo cum postea subdit, *se nonnumquam invenisse quid descensus Christi ad inferos antiquis justis contulerit, intelligendum est quantum ad absolutionem à do-*

loribus poenarum. Contulit tamen eis quantum ad ademptionem gloriæ; & per consequens solvit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ: ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant, secundum illud Joann. viii. 56. *Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum.* Et ideo subdit: *A quibus eum secundum beatificam presentiam suæ Divinitatis nunquam video recessisse, inquantum scilicet ante adventum Christi erant beati in spe, licet nondum essent facti beati in re.*

Ad secundum dicendum, quod sancti patres, dum adhuc viverent, liberati fuerunt per fidem Christi ab omni peccato tam originali, quam actuali, & à reatu poenæ actualium peccatorum, non tamen à reatu poenæ originalis peccati, per quem excludebantur à gloria, nondum soluto pretio redemptionis humane; sicut etiam nunc sancti liberantur per baptismum à reatu actualium peccatorum, & à reatu originalis quantum ad exclusionem à gloria, remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati quantum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renovantur secundum spiritum, sed nondum secundum carnem, secundum illud Rom. viii. 10. *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero vivit, propter justificationem.*

Ad tertium dicendum, quod statim Christus mortem patiente, anima, ejus ad infernum descendit, & suæ passionis fructum exhibuit sanctis in inferno detentis; quamvis ex loco illo non exierint, Christo apud inferos commorante; quia ipsa Christi presentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

ARTICULUS VI. 291

Utrum Christus aliquos damnatos ab inferno liberaverit.

III. dist. xxii. quæst. 11. art. 3. quæst. 2. & opusc. 11. cap. cccxlii.

AD sextum sic proceditur. Videtur quod Christus aliquos damnatos ab inferno liberaverit. Dicitur enim Isa. xxi. 21. *Congregabuntur (c) congregatione unius falcis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur.* Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cæli adoraverunt (ut Hieronymus explicat.) Ergo videtur quod etiam damnati, Christo descendente ad inferos, sint visitati: quod ad eorum liberationem videtur pertinere.

2. Præterea. Super illud Zach. ix. 11. *Tu*

(a) Ita cum Augustino Codd. Alcan. Paris. & editi rectiores. Al. deest ferros. (b) Vulgata emisit vinclos tuos de lacu, &c. (c) Vulgata in congregatione unius falcis in lacum, &c.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus, cum non esset subiectus peccato, neque morti erat obnoxius, neque inclinationi; voluntarie tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supradictas (quæst. præc. art. 1.). Si autem corpus ejus fuisset putrefactum, vel resolorum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanæ, dum non crederetur in eo esse virtus divina. Unde ex persona ejus in Psal. xxix. 10. dicitur: *Que utilis in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* quasi dicat: „ Si corpus meum putrefecit, perderetur effusus sanguinis utilis, ras.“ (Glossa ord. Augustini in istum Psalmum.)

Ad secundum dicendum, quod corpus Christi quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit, licet non quantum ad meritum putrefactionis, quod est peccatum; sed virtus divina corpus Christi à putrefactione præservavit, sicut & resuscitavit à morte.

Ad tertium dicendum, quod Christus de sepulcro resurrexit virtute divina, que nullis terminis coartatur. Et ideo hoc quod à sepulcro surrexit, sufficiens argumentum fuit quod homines erant resuscitandi virtute divina non solum de sepulcris, sed etiam de quibuscumque cineribus.

ARTICULUS IV. 283

Utrum Christus fuerit in sepulcro solum una die, & duabus noctibus.

Inj. quæst. lxxi. art. 4. corp. & quæst. lxxii. art. 2. corp. & opusc. 11. cap. cxxxv. & opusc. lxx. cap. xx. & l. ad Corinth. xv. lect. 1.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit in sepulcro solum una die, & duabus noctibus. Dicit enim ipse Matth. xii. 40. *Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ita Filius hominis erit in corde terre tribus diebus, & tribus noctibus.* Sed in corde terre fuit in sepulcro existens. Non igitur fuit in sepulcro solum una die, & duabus noctibus.

2. Præterea, Gregorius dicit in hom. paschali (xxi. in Evang. ad fin.) quod sicut Samsou abstrulit media nocte portas Gaze; ita Christus media nocte auferens portas inferni resurrexit. Sed postquam resurrexit, non fuit in sepulcro. Ergo non fuit in sepulcro duabus noctibus integris.

3. Præterea, Per mortem Christi lux prevaluit tenebris. Sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. Ergo convenientius fuit quod corpus Christi fuerit in sepulcro duobus diebus, & una nocte, quam è converso.

Sed contra est quod, sicut Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. vi. à med.) à *vespere sepultura usque ad diluculum resurrectionis triginta sex horæ sunt, idest nox tota cum die tota, & nocte tota.*

Respondeo dicendum, quod ipsum tempus quo Christus in sepulcro mansit, effectum mortis ejus representat. Dicitur enim supra (quæst. præc. art. 6.) quod per mortem Christi liberati sumus à duplici morte, scilicet à morte animæ, & à morte corporis: & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulcro permansit. Mors autem ejus, quia non fuit ex peccato proveniens, sed ex caritate suscepta, non habuit rationem noctis, sed diei: & ideo significatur per diem integrum, quo Christus fuit in sepulcro. Et sic convenientius fuit quod Christus una die, & duabus noctibus esset in sepulcro.

Ad primum ergo dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in Libro III. de consensu Evangelistarum (cap. xxiv. in med.) *quidam modum locutionis Scripturæ nescientes, noctem voluerunt amenerare tres illas horas à sexta usque ad nonam, quibus Sol obscuratus est, & diem tres horas alias, quibus iterum terris est redditus, idest à nona usque ad occasum: sequitur enim nox facti sabbati, qua cum suo die computata, erunt jam due noctes, & duo dies. Porro autem post sabbatum sequitur nox primi sabbati, idest illucescentis diei dominici, in qua tunc Dominus resurrexit. Et ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & trium noctium. Restat ergo ut hoc inventatur illo Scripturarum usitato loquendi modo, quo à parte totum intelligitur; ita scilicet quod unam noctem, & unum diem accipiamus per uno die naturali. (Quod sequitur habetur Lib. IV. de Trinit. cap. vi.) Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus, & sepultus; secundus autem dies est integer cum viginti quatuor horis nocturnis, & diurnis; nos autem sequens pertinet ad tertium diem. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsus à luce in noctem, ita isti propter nominis reparationem à tenebris computantur in lucem.*

Ad secundum dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in IV. de Trinit. (cap. vi. implic.) Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparer, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis. Unde de mulieribus dicitur Joan. xx. 1. *quod cum adhuc essent tenebræ, venerunt ad monumentum.* Ratione ergo harum tenebrarum Gregorius dicit (hom. xxi. in Evang. verl. fin.) Christum media nocte surrexisse, non quidem divisa nocte in duas partes æquales, sed infra ipsam noctem: illud enim diluculum & pars noctis, & pars diei dici potest, propter convenientiam quam cum utroque habet.

Ad

Ad tertium dicendum, quod intantum lux in more Christi prevaluit (que significatur per unam diem) quod tenebras duarum noctium, idest duplicis mortis nostræ, removit, ut dictum est (in corp. art.)

QUÆSTIO LII

De descensu Christi ad inferos,

in octo articulis divisa.

DEinde considerandum est de descensu Christi ad inferos: & circa hoc queruntur octo.

Primo, utrum fuerit conveniens Christum ad inferos descendere.

Secundo, in quem infernum descenderit.

Tertio, utrum totus fuerit in inferno.

Quarto, utrum aliquam moram ibi traxerit.

Quinto, utrum sanctos patres ab inferno liberaverit.

Sexto, utrum damnatos ab inferno liberaverit.

Septimo, utrum liberaverit pueros in peccato originali defunctos.

Octavo, utrum liberaverit homines de purgatorio.

ARTICULUS I. 286

Utrum fuerit conveniens Christum ad infernum descendere.

III. dist. xxii. quæst. 11. art. 1. quæst. 1. & opusc. 11. cap. cxxxv. & opusc. lxx. cap. xx. princ.

AD primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum ad infernum descendere. Dicit enim Augustinus in epistola ad Evodium (cixiv. al. cxix. aliquant. ante med.) *Nec ipsos quidem inferos aspiciam Scripturarum in bono appellatos potius reperire.* Sed anima Christi non descendit ad aliquod malum, quia nec animæ iustorum ad aliquod malum descendunt. Ergo videtur quod non fuerit conveniens Christum ad inferos descendere.

2. Præterea, Descendere ad inferos non potest Christo convenire secundum divinam naturam, que est omnino immobilis; sed solum convenire potest ei secundum naturam assumptam. Ea vero que Christus fecit, vel passus est in natura assumpta, ordinantur ad humanam salutem; ad quam non videtur necessarium fuisse quod Christus descenderet ad inferos: quia per passionem suam, quam in hoc mundo sustinuit, nos liberavit à culpa, & pœna, ut supra dictum est (quæst. l. art. 6.) Non igitur fuit conveniens quod Christus ad infernum descenderet.

3. Præterea, Per mortem Christi separata est anima à corpore ejus, quod quidem in se-

pulero positum fuit, ut supra dictum est (quæst. præc.) Non autem videtur quod secundum animam solum ad infernum descenderet: quia anima, cum sit incorporea, non videtur quod localiter possit moveri: hoc enim est corporum, ut probatur in VI. Physic. (text. 32.) descensus autem motum corporalem importat. Non ergo fuit conveniens quod Christus ad infernum descenderet.

Sed contra est quod dicitur in Symbolo: *Descendit ad inferos: & Apostolus dicit Ephes. iv. 9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum ad inferos partes terræ?* Glossa (interl.) idest „ ad inferos.“

Respondeo dicendum, quod conveniens fuit Christum ad infernum descendere. Primo quidem quia ipse venerat panam nostram portare, ut nos à pœna eriperet, secundum illud Isa. lxxv. 4. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* Ex peccato autem homo incurverat non solum mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos. Et ideo sicut fuit conveniens cum mori, ut nos liberaret à morte; ita conveniens fuit eum descendere ad inferos, ut nos à descensu ad inferos liberaret.

Unde dicitur Osee xlii. 14. *Ero mors tua, & mors; ero morsus tuus, inferne.* Secundo quia conveniens erat ut victo diabolo per passionem, victos ejus eriperet, qui detinebantur in inferno, secundum illud Zachar. ix. 11. *Tu quoque in sanguine testamenti tui emissisti vinetos tuos de lacu: & Coloss. 1. 13. dicitur: Expositans principatus, & potestates tradidit confidenter.* Tertio ut sicut potestatem suam ostendit in terra vivendo, & moriendo, ita etiam potestatem suam ostenderet in inferno, ipsum visitando, & illuminando. Unde dicitur in Psal. cxlii. 7. *Atollite portas, principes, vestrae: Glof. (ord. Aug.), idest, principes inferni auferete potestatem vestram, qua usque nunc homines in inferno detinebatis. & sic in nomine Jesu omne genua stentur, non solum celestium, sed etiam infernorum, ut dicitur Philip. 11.*

Ad primum ergo dicendum, quod nomen infernorum sonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ. Unde decuit Christum in infernum descendere, non tanquam ipse esset debitor pœnæ, sed ut eos qui erant pœnæ obnoxii, liberaret.

Ad secundum dicendum, quod passio Christi fuit quasi quædam causa universalis humanæ salutis tam vivorum, quam mortuorum. Causa autem universalis applicatur ad singulares effectus per aliquod speciale. Unde sicut virtus passionis Christi applicatur viventibus per sacramenta configurantia nos passioni Christi; ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quod signanter dicitur Zachar. ix. quod *eduxit*

Nu a vinc.

vinctos de lacu in sanguine testamenti sui, idest per virtutem passionis suæ.

Ad tertium dicendum, quod anima Christi non descendit ad inferos eo genere motus quo corpora moventur, sed eo genere motus quo Angeli moventur, sicut in prima parte habitum est (quæst. LIII.)

ARTICULUS II. 287

Utrum Christus descenderit ad infernum damnatorum.

III. dist. xxii. quæst. 11. art. 1. quæst. 2. & opus. lx. cap. xxi. circa med.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod Christus descenderit etiam ad infernum damnatorum. Dicitur enim ex ore divinæ Sapientiæ Eccli. xxii. 45. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ.* Sed inter partes inferiores terræ computatur etiam infernus damnatorum, secundum illud Psal. lxxii. 10. *Intrabunt in inferiora terræ.* Ergo Christus, qui est Dei sapientia, etiam usque ad infernum damnatorum descendit.

2. Præterea. Act. 11. 24. dicit Petrus, quod *Deus Christum suscitavit, solvis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Sed dolores non sunt in inferno patrum, neque etiam in inferno puerorum, qui non puniuntur poena sensus propter peccatum originale. Ergo Christus descendit in infernum damnatorum, vel etiam in purgatorium, ubi homines puniuntur poena sensus pro peccatis actualibus.

3. Præterea. I. Petr. 111. 19. dicitur, quod (a) *Christus his qui in carcere conclusi erant, spiritu veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando: quod, sicut Athanasius dicit in epistola ad Epitectum (circ. med. & incipit, Ego arbitrabar) intelligitur de descensu Christi ad inferos.* Dicit enim, quod corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando ipse perrexit predicare his qui in custodia erant spiritibus, sicut dixit Petrus. Constat autem quod increduli erant in inferno damnatorum. Ergo Christus ad infernum damnatorum descendit.

4. Præterea. Augustinus dicit in epistola ad Evod. (cixiv. al. xcix. aliquant. ante med.) *Si in illum Abrahæ finem Christum venisse sacra Scriptura dixisset, non nominato inferno, ejusque doloribus; minor si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet. Sed quia evidentia testimonia & infernum commemorant, & dolores, nulla causa occurrat, cur illo credatur, venisse Sal-*

(a) *Vulgata post verba vivificatus autem spiritu, sic profectus: In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens predicavit, &c.*

vator, nisi ut ab eisdem doloribus salvis faceret. Sed locus dolorum est infernus damnatorum. Ergo Christus in infernum damnatorum descendit.

5. Præterea. Sicut Augustinus dicit in quodam sermone de resurrectione (11. a princ.) *Christus ad infernum descendit, omnes justos, qui originali peccato adstricti tenebantur, absolvit.* Sed inter illos erat etiam Job, qui de seipso dicit (Job xvii. 16.) *In profundissimum infernum descendit omnia mea.* Ergo Christus etiam usque ad profundissimum infernum descendit.

Sed contra est quod de inferno damnatorum dicitur Job x. 21. *Antequam vadam, & non revertar ad terram tenebrarum, & operatus mortis caligine, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Nulla autem est conventio lucis ad tenebras, ut dicitur II. ad Corin. vi. 7. Ergo Christus, qui est lux, ad illum infernum damnatorum non descendit.

Respondeo dicendum, quod dupliciter dicitur esse aliquid alicubi. Uno modo per suam effectum: & hoc modo Christus in quemlibet infernum descendit; aliter tamen, & aliter: nam in infernum damnatorum habuit hunc effectum quod descendens ad inferos, eos de sua incredulitate, & malitia consultavit; illis vero qui detinebantur in purgatorio, spem gloriæ consequendæ dedit; sanctis autem patribus, qui pro solo peccato originali detinebantur in inferno, lumen æternæ gloriæ infudit. Alio modo dicitur aliquid esse alicubi per suam essentiam: & hoc modo anima Christi descendit solum ad locum inferni, in quo iusti detinebantur, ut quos ipse per gratiam interioris visitabat secundum Divinitatem, eos etiam secundum animam visitaret & loco. Sic autem in una parte inferni existens, effectum suum aequaliter ad omnes inferni partes derivavit, sicut & in uno loco terræ passus, & totum mundum sua passione liberavit.

Ad primum ergo dicendum, quod Christus, qui est Dei sapientia, penetravit omnes inferiores partes terræ, non localiter secundum animam omnes circumeundo, sed effectum suæ potentie aequaliter ad omnes extendendo; ita tamen quod solos justos illuminavit: sequitur enim: *Et illuminabo omnes sperantes in Domino.*

Ad secundum dicendum, quod duplex est dolor. Unus de passione peccati, quem patiuntur homines pro peccato actuali, secundum illud Psal. xvii. 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Alius autem dolor est de dilatione sperate gloriæ, secundum illud Proverb. xii. 12. *Spes, que differtur, affligit animam: quem quidem dolorem patiebantur sancti patres*

tres in inferno: ad quod significandum Augustinus in sermone de resurrexerit. (ubi sup. a med.) dicit, quod *lacrymabili observatione Christum creabant.* Utroque autem dolores Christus solvit ad inferos descendens; aliter tamen & aliter: nam dolores poenarum solvit; prætervando ab eis; sicut medicus dicitur solvere morbum; à quo præservat per medicinam; dolores autem causatos ex dilatione gloriæ actualiter solvit; gloriæ præbendo.

Ad tertium dicendum, quod illud quod ibi dicit Petrus, à quibusdam refertur ad descensum Christi ad inferos, sic exponentibus verbum illud: *His qui in carcere inclusi erant, idest inferno, spiritu, idest secundum animam, Christus veniens predicavit, qui increduli fuerant aliquando.* Unde & Damascenus dicit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xix.) quod *fieri his qui in terra sunt, evangelizavit; ita & his qui in inferno; non quidem ut incredulos ad fidem converteret, sed ut eorum infidelitatem consultaret: quia ipsa predicatio nihil aliud intelligi potest quam manifestatio Divinitatis ejus, quæ manifestata est infernalis per virtuosum descensum Christi ad inferos.*

Augustinus tamen melius exponit in epistola ad Evodium (ut sup.) ut referatur non ad descensum Christi ad inferos, sed ad operationem Divinitatis ejus, quam exercuit à principio mundi: ut sit sensus, quod *his qui in carcere conclusi erant, viventes scilicet in corpore mortali, quod est quasi quiddam carceris anime, spiritu suo Divinitatis veniens predicavit per internas inspirationes, & etiam exteriores admonitiones per ora justorum: his, inquam, predicavit, qui increduli fuerant aliquando, Noe scilicet predicanti, quando expectabant Dei patientiam, per quam distinebatur poena diluvii: unde subdit: in diebus Noe, cum fabricaretur arca.*

Ad quartum dicendum, quod finis Abrahæ potest secundum duo considerari. Uno modo secundum quietem, quæ ibi erat à poena sensibili: & quantum ad hoc non competit ei nec nomen inferni, nec sunt ibi aliqui dolores. Alio modo potest considerari quantum ad privationem gloriæ speratæ: & secundum hoc habet rationem inferni, & doloris. Et ideo nunc dicitur finis Abrahæ illa requies beatorum; non tamen dicitur infernus, nec dicitur nunc in sinu Abrahæ esse dolores.

Ad quintum dicendum, quod, sicut Gregorius ibidem (Lib. XIII. Moral. cap. ult. ad fin.) dicit, ipsa superiora loca inferni profundissimum infernum vocat. *Si enim quantum ad celsitudinem celi aer iste caliginosus infernus est; quantum ad ejusdem aeris altitudinem, terra, que inferiori jacet, & infernus intelligi, & profundum potest; quantum vero ad ejusdem terræ altitudinem & loca illa inferni, qua superiora*

sunt aliis receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione significatur.

ARTICULUS III. 288

Utrum Christus fuerit totus in inferno.

Opus. 11. cap. cclvi.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars ejus. Sed corpus Christi non fuit in inferno. Ergo totus Christus non fuit in inferno.

2. Præterea. Nihil, cujus partes ab invicem separate sunt, potest dici totum. Sed corpus, & anima, quæ sunt partes humane nature, fuerunt ab invicem separate post mortem, ut supra dictum est (quæst. l. art. 4.) Descendit autem ad infernum mortuus exiens. Non ergo potuit esse totus in inferno.

3. Præterea. Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cujus nihil est extra locum illum. Sed aliquid Christi erat extra infernum, quia corpus erat in sepulchro, & Divinitas ubique. Ergo Christus non fuit totus in inferno.

Sed contra est quod Augustinus dicit in Libro III. de Symbolo (cap. viii.) *Totus Filius apud Patrem, totus in celo, totus in terra, totus in utero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quo latronem introduxit.*

Respondeo dicendum, quod sicut patet ex his quæ in prima parte dicta sunt (quæst. xxxi. art. 2. ad 4.) masculinum genus refertur ad hypostasim, vel personam; neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi licet anima fuerit separata à corpore, neutrum tamen fuit separatum à persona Filii Dei, ut supra dictum est (quæst. l. art. 2.) Et ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quod totus Christus fuit in sepulchro, quia tota persona fuit ibi per corpus sibi unitum; & similiter totus fuit in inferno, quia tota persona Christi fuit ibi ratione anime sibi unitæ; totus etiam Christus tunc erat ubique ratione divinæ nature.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus quod tunc erat in sepulchro, non est pars personæ increatæ, sed nature assumptæ. Et ideo per hoc quod corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur quin totus Christus fuerit, sed ostenditur quod non fuit ibi totum quod pertinet ad humanam naturam.

Ad secundum dicendum, quod ex anima, & corpore unitis constituitur totalitas humane nature, non autem totalitas diving persone. Et ideo soluta unione anime, & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remansit humana natura in sua totalitate.

ARTICULUS II. 283

Utrum convenienti modo Christus fuerit sepultus.

AD secundum sic proceditur. Videtur non convenienti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim ejus respondet morti ipsius. Sed Christus fuit passus mortem abjectissimam, secundum illum Sap. 11. 20. *Morte turpissima condemnatus eum.* Ergo inconveniens videtur esse quod Christo exhibitum fuerit honorabilis sepultura, in quantum à Magnatibus fuit tumulatus, scilicet à Joseph ab Arimathæa, qui erat nobilis decurio, ut habetur Mar. xv. & à Nicodemo, qui erat Princeps Judæorum, ut habetur Joan. 111.

2. Præterea. Circa Christum non debuit aliquid fieri quod esset superfluitatis exemplum. Videtur autem superfluitatis fuisse quod ad sepeliendum Christum Nicodemus venit ferens mixturam myrrhæ, & aloës quasi libras centum, ut dicitur Joan. xix. præfectum cum mulier præveniret corpus ejus ungere in sepulturam, ut dicitur Mar. xiv. Non ergo fuit hoc convenienter circa Christum factum.

3. Præterea. Non est conveniens ut aliquod factum sibi ipsi sit dissonum. Sed sepultura Christi fuit simplex ex una parte, quia scilicet Joseph involvit corpus ejus in sindone munda, ut dicitur Matth. xxvii. non autem auro, aut gemmis, aut serico, ut Hieronymus ibid. dicit; ex alia vero parte videtur fuisse ambitiosa, in quantum eum cum aromatibus sepelierunt. Ergo videtur non fuisse conveniens modus sepulture Christi.

4. Præterea. Quæcumque scripta sunt, præcipue de Christo, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut dicitur Rom. xv. 4. Sed quædam scribuntur in Evangelis circa sepulcrum Christi quæ in nullo videntur ad nostram doctrinam pertinere; sicut quod fuit sepultus in horto, quod in monumento alieno, & novo, & exciso in petra. Inconveniens ergo fuit modus sepulture Christi.

Sed contra est quod dicitur Ma. xi. 10. *Et erit sepulcrum ejus gloriosum.*

Respondeo dicendum, quod modus sepulture Christi ostenditur esse conveniens quantum ad tria. Primo quidem quantum ad confirmandam fidem mortis, & resurrectionis ipsius. Secundo ad commendandam pietatem eorum qui eum sepelierunt. Unde Augustinus dicit in I. de civ. Dei (cap. xiiii. circ. med.) *Laudabiliter commemorantur in Evangelio qui corpus ejus de Cruce acceptum diligenter, atque honorifice legendum, sepeliendumque curaverunt.* Tertio quantum ad mysterium, per quod informantur illi qui Christo conspiciuntur in mortem.

Ad primum ergo dicendum, quod circa mortem Christi commendatur patientia, & constantia ipsius, qui mortem est passus; & tanto magis, quanto mors fuit abjectior: sed in sepultura honorifica consideratur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorifice sepelitur; & præfiguratur devotio fidelium, qui erant Christo mortuo servituri.

Ad secundum dicendum, quod in hoc quod Evangelista dicit, quod sepelierunt eum, sicut mos est Judæis, sepelire, sicut Augustinus dicit super Joan. (tract. cxx. circ. med.) *admonet in hujusmodi officiis que mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse servandum.* Erat autem istius gentis consuetudo ut mortuorum corpora variis aromatibus condicerentur, ut dicitur servarentur illa. Unde & in III. de doct. Christi. (cap. xli. à princ.) dicitur, quod in omnibus talibus non usus rerum, sed visido utentis in culpa est; & postea subdit: *Quod in aliis personis plerumque flagitium est, in divinis, vel prophetica persona, maxima cuiusdam rei signum est.* Myrrha enim, & aloës propter suam amaritudinem significant penitentiam, per quam aliquis in seipso Christum conservat absque corruptione peccati; odor autem aromatum significat bonam famam.

Ad tertium dicendum, quod myrrha, & aloës adhibebantur corpori Christi, ut immune à corruptione salvaretur, quod videbatur ad quandam necessitatem pertinere: unde datur nobis exemplum, quod licite possumus aliquibus præciosis uti medicinaliter pro necessitate nostri corporis conservandi: sed involutio corporis pertinebat ad solam quandam decentiam honestatis: & in talibus, simplicibus debemus esse contenti. Per hoc tamen significabatur, ut Hieronymus dicit (in hunc loc. Matth.) quod ille in sindone munda involvit Jesum qui morte parva eum suscepit. Et hinc, ut Beda dicit super Mar. (c. XLIV. secundum ejus ordinem) *Ecclesie nos obtrinit ut sacrificium Altaris non in serico, neque in panno tincto, sed in lino terreno celebratur, sicut corpus Domini est in sindone munda sepultum.*

Ad quartum dicendum, quod Christus sepeliretur in horto, ad significandum quod per mortem, & sepulturam ipsius liberamur à morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradysi commissum. Ideo autem Salvator in aliena ponitur sepultura, ut Augustinus dicit in quodam sermone (de sepulchro Domini, à med.) *quia pro aliorum moriebatur salute; sepulcrum autem mortis est habitaculum.* Per hoc etiam considerari potest paupertatis abundantia pro nobis susceptæ. Nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus exiens à Joseph coop-

operitur. In novo autem ponitur monumento, ut Hieronymus dicit (in hunc loc. Matth.) *ne post resurrectionem, ceteris corporibus remanentibus, surrexisset alius fingetur.* Potest autem & novum sepulcrum Mariæ virginalem utrum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, quod per Christi sepulturam omnes innovantur, morte, & corruptione destructa. In monumento autem exciso in petra conditus est, ut Hieronymus dicit (sup. illud Matth. xxvi. 1. *Jube ergo custodiri, &c.*) *ne si ex multis lapidibus edificatum fuisset, tumuli fundamentis suffragis, ablatus furio diceretur.* Unde & saxum magnum, quod appositum fuit, ostendit, quod non absque auxilio plurimorum sepulcrum potuisset referari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant: *Suffragent terram, & furati sunt eum,* sicut Augustinus dicit. Significatur autem myrrice per hoc, ut Hilar. dicit (can. ult. in Matth. ad fin.) quod per Apostolorum doctrinam in pectus duritiæ gentilis quodam doctrina opere excisum Christus inferatur, rude scilicet ac novum, & nullo antea ingressu timori Dei pervium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis officio advolvitur. Et, sicut Origen. dicit (tract. xxxv. in Matth. ad fin.) *non fortuito scriptum est, quod Joseph involvit corpus Christi sindone munda, & posuit in monumento novo, & quod ad volvit lapidem magnum: quia omnia, que sunt circa corpus Jesu, munda sunt, & nova, & valde magna.* (a)

ARTICULUS III. 284

Utrum corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

Inf. quæst. LIII. art. 1. corp. & ad 1. & III. dist. XXI. quæst. 1. art. 2. & quæst. 11. art. 1. ad 1. & opusc. 11. cap. cxxxv. & opusc. LX. cap. xx.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum. Sicut enim mors est poena peccati primi parentis, ita etiam & incineratio: dictum

est enim primo homini post peccatum. *Palvis es; & in pulverem revertetur,* ut dicitur Gen. 111. 19. Sed Christus mortem sustinuit, ut nos à morte liberaret. Ergo etiam incinerari debuit corpus ejus; ut nos ab incineratione liberaret.

2. Præterea. Corpus Christi fuit ejusdem naturæ cum corporibus nostris. Sed corpora nostra statim post mortem resolvi incipiunt, & ad putredinem disponuntur: quia exhalante calido naturali supervenit calor extraneus, qui putrefactionem causat. Ergo videtur quod similiter in corpore Christi acciderit.

3. Præterea. Sicut dictum est (art. 1. huj. quæst.) Christus sepeliri voluit, ut daret hominibus spem referendi etiam de sepulchris. Ergo etiam incinerationem pati debuit, ut spem referendi incineratis post incinerationem daret.

Sed contra est quod in Psal. xv. 10. dicitur: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem:* quod Damascenus exponit in III. Lib. (orth. Fid. cap. xviii.) de corruptione quæ est per resolutionem in elementa.

Respondeo dicendum, quod non fuit conveniens corpus Christi putrefieri, vel quocumque modo incinerari: quia putrefactio cuiuscumque corporis provenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ non potest amplius corpus continere in unum. Mors autem Christi, sicut supra dictum est, (quæst. præc. art. 1. ad 2.) non debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse voluntaria: & ideo non ex morbo, sed ex passione illata voluit mori, cui se obtulit sponte. Et ideo Christus, ne mors ejus naturæ infirmitati adscriberetur, soluit corpus suum qualitercumque putrefieri, aut qualitercumque resolvi; sed ad offensam virtutis divinæ voluit corpus illud incorruptum permanere. Unde Chrysostomus dicit (in demonstrat. quod Deus sit cont. Gentil. parum ante med.) quod viventibus aliis dominibus, his scilicet qui egerunt strenue, ardent propria gesta; his autem percumbibus, pereunt. Sed in Christo est totum contrarium: nam ante crucem omnia sunt mæsta, & infirma; ut autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta; ut noscas, non purum hominem crucifixum.

S. Thom. Op. Tom. V.

Nn Ad

(a) Hucusque D. Thomas, Nicolaus, ex quo in textum in posterioribus exemplis transit, hac addit. Denique, ut Ambrosius dicit super Luc. (cap. xxiii. sup. illud, & ecce vir, &c.) bene Christus in monumento conditus iusti, ut in iustitiæ habitatione conquireret. Monumentum enim hoc in duritiæ Gentilis petra sibi iustus excidit penetrabili verbo; ut prætenderet in tantibus virtus Christi, cui pulcherrime admotus est lapis, ne pareret. Quicumque enim in se bene humaverit Christum, diligenter custodiat, ne eum perdat, neve perfidiam ad illum sit ingressus. Et mox: Bene in petra excisum, hoc est in fidei firmamento, de qua veri Israëlæ dulcedinem mellis, & oleum spiritale fuxerunt.

autem in sanguine testamenti sui eduxisti riuulos de iace, in quoniam erat aqua, dicit Glossa (interl. Hieronymi), Tu eos liberasti qui tenebantur vinciri carceribus, ubi nulla misericordia eos refrigerabat, quam dives ille pecebat. Sed soli damnati includuntur carceribus absque misericordia. Ergo Christus liberavit aliquos de inferno damnatorum.

Præterea. Potentia Christi non fuit minor in inferno quam in hoc mundo: utrobique enim operatus est per potentiam suam Divinitatis. Sed in hoc mundo de quolibet statu aliquos liberavit. Ergo etiam in inferno liberavit aliquos etiam de statu damnatorum.

Sed contra est quod dicitur Olee XIIII. 14. *Ero morti tua; & morti, morsus tuus ero inferni*: Glossa (interl.), Electos educendo, reprobos ibidem relinquendo. Sed soli reprobi sunt in inferno damnatorum. Ergo per descensum Christi ad inferos non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati.

Respondendo dicendum, quod, sicut supra praedictum est (art. præc.) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suae passionis. Et ideo ejus descensus ad inferos illis solis liberationis contulit fructum qui fuerunt passioni Christi conjuncti per fidem caritate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autem qui erant in inferno damnatorum, aut penitus fidem passionis Christi non habuerant, sicut infideles; aut si fidem habuerant, nullam conformitatem habebant ad caritatem Christi parentis: unde nec a peccatis suis erant mundati. Et propter hoc descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem ad reatu poenae infernalis.

Ad primum ergo dicendum, quod Christo descendente ad inferos, omnes qui erant in quacumque parte inferni, sunt aequaliter visitati; sed quidem ad suam consolationem, & liberationem, quidam autem ad suam confutationem, & confusionem; sicut damiani. Unde ibidem subditur: *Et erubescet Luna, & confundetur Sol, &c.*

Potest etiam hoc referri ad visitationem qua visitabuntur in die iudicii, non ut liberentur, sed ut amplius condemnentur, secundum illud Sophoniae 1. 12. *Visitabo super viros defixos in facibus suis.*

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur in Glossa, *ubi nulla misericordia eos refrigerabat*, intelligendum est quantum ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti patres ab illis inferni carceribus ante Christi adventum non poterant liberari.

Ad tertium dicendum, quod non fuit propter Christi impotentiam quod non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalis, sicut de quolibet statu mundanorum; sed propter diversam utrosumque conditionem. Nam homi-

nes, quamdiu vivunt, possunt ad fidem, & caritatem converti: quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono, vel malo, sicut post exitum ab hac vita.

ARTICULUS VII. 292

Utrum pueri qui cum originali decesserant, fuerint à Christo liberati.

III. dist. XXI. quest. 11. art. 2. quest. 3. & opusc. 11. cap. CXLII.

Ad septimum sic proceditur. Videtur quod pueri qui cum originali peccato decesserant, fuerint per descensum Christi liberati in inferno. Non enim tenebantur in inferno nisi pro peccato originali, sicut & sancti patres. Sed sancti patres sunt ab inferno liberati per Christum, ut supra dictum est (art. 5. huj. quest.) Ergo & pueri similiter per Christum sunt ab inferno liberati.

2. Præterea, Apostolus dicit ad Rom. v. 15. *Si unus delicto multo mortui sunt, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit.* Sed propter peccatum primi parentis pueri cum solo originali peccato decedentes in inferno detinentur. Ergo multo magis per gratiam Christi sunt ab inferno liberati.

3. Præterea, sicut baptismus operatur in virtute passionis Christi, ita & descensus ejus ad inferos, ut ex dictis patet (art. præc.) Sed pueri per baptismum liberantur à peccato originali, & ab inferno. Ergo similiter liberati sunt per descensum Christi ad inferos.

Sed contra est quod Apostolus dicit Rom. 11. 23. quod *Deus proposuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine ejus.* Sed pueri qui cum solo peccato originali decesserant, nullo modo fuerant participes fidei Christi. Ergo non perceperunt fructum propitiationis Christi, ut per ipsum ab inferno liberarentur.

Respondendo dicendum, quod, sicut supra dictum est (art. præc.) descensus Christi ad inferos in illis solis effectum liberationis habuit qui per fidem, & caritatem passioni Christi conjungebantur, in cuius virtute descensus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autem qui cum originali peccato decesserant, nullo modo fuerant conjuncti passioni Christi per fidem, & dilectionem: neque enim fidem propriam habere poterant, quia non habuerant usum liberi arbitrii, neque per fidem parentum, aut per aliquod fidei sacramentum fuerant à peccato originali mundati. Et ideo descensus Christi ad inferos hujusmodi pueros non liberavit ab inferno. Et præterea sancti patres ab inferno sunt li-

berati per hoc quod sunt ad gloriam divinam visionis admisi; ad quam nullus potest pervenire nisi per gratiam, secundum illud Rom. v. 23. *Gratia Dei vita eterna.* Cum igitur pueri cum originali peccato decedentes gratiam non habuerint, non fuerint ab inferno liberati.

Ad primum ergo dicendum, quod Sancti Patres, etsi adhuc tenerentur adstricti reatu originalis peccati, in quantum respicit humanam naturam, tamen liberati erant per fidem Christi ab omni macula peccati: & ideo capaces erant illius liberationis quam Christus attulit descendens ad inferos. Sed hoc de pueris dici non potest, ut ex supradictis patet (in corp. art.)

Ad secundum dicendum, quod, cum Apostolus dicit, quod gratia Dei in plures abundavit, ly *plures* non est accipiendum comparative, quasi plures numero sint salvati per gratiam Christi quam damnati per peccatum Adæ; sed absolute, ac si diceret, quod gratia unius Christi abundavit in multos, sicut & peccatum Adæ pervenit ad multos. Sed, sicut peccatum Adæ ad eos tantum pervenit qui per feminalem rationem carnaliter ab eo descendunt; ita gratia Christi ad illos tantum pervenit qui spiritali regeneratione in inferno detinentur: quod non competit pueris decedentibus cum originali peccato.

Ad tertium dicendum, quod baptismus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam; sed descensus Christi ad inferos exhibitus fuit: animabus post hanc vitam, ubi non sunt capaces transmutationis prædictæ. Et ideo per baptismum pueri liberantur à peccato originali, & ab inferno, non autem per descensum Christi ad inferos.

ARTICULUS VIII. 293

Utrum Christus suo descensu liberaverit animas à Purgatorio.

III. dist. XXI. quest. 11. art. 2. quest. 4. & opusc. 11. cap. CCXLI.

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod Christus suo descensu ad inferos liberaverit animas à purgatorio. Dicit enim Augustinus in epist. ad Evodium (CLXIV. al. XCIX. ante med.) *Quia evidenter testimonia, & infernum commemorant, & dolores, nulla causa occurrit, cur illo credatur venisse Salvator, nisi ut ab eisdem doloribus salvos faceret.* Sed utrum omnes quos in eis invenit, an quosdam quos illo beneficio dignos iudicavit, adhuc requiro. Fuisse tamen Christum apud inferos, & in eorum doloribus constitutum hoc beneficium præstitisse, non dubi-

to. Non autem præstitit beneficium liberationis damnatis, sicut supra dictum est (art. 6. huj. quest.) Præter eos autem nulli sunt in doloribus penalibus constituti, nisi illi qui sunt in purgatorio. Ergo Christus animas de purgatorio liberavit.

2. Præterea. Ipsa Christi præsentia non minorem effectum habuit quam sacramenta ipsius. Sed per sacramenta Christi liberantur animæ à purgatorio, & præcipue per Eucharisticum sacramentum, ut infra dicitur (Supplem. quest. LXXI. art. 9.) Ergo multo magis per præsentiam Christi ad inferos descendentes sunt animæ à purgatorio liberatæ.

3. Præterea. Christus, quicumque curavit in hac vita, totaliter curavit, ut Augustinus dicit in Lib. de penite. (alios Auctor de vera, & falsa penitent. cap. IX. ad med.) & Joan. VII. 23. Dominus dicit: *Totum hominem salvum feci in Sabbatho.* Sed Christus eos qui in purgatorio erant, liberavit à reatu poenae damnati, quo excludebantur à gloria. Ergo etiam liberavit eos à reatu poenae purgatorii.

Sed contra est quod Gregorius dicit in XIII. Moral. (cap. XV. ad fin.) *Dum conditor, ac redemptor nosse claustra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illo ire non patitur, unde jam alios descendendo liberavit.* Patitur autem nos ire ad purgatorium. Ergo descendens ad inferos animas à purgatorio non liberavit.

Respondendo dicendum, quod, sicut sæpe dictum est (art. præc. & 4. huj. quest. ad 2. & art. 5. & 6.) descensus Christi ad inferos liberatorius fuit in virtute passionis ipsius. Passio autem ejus non habet temporalem virtutem, & transitoriam, sed sempiternam, secundum illud, Heb. x. 14. *Una oblatione consummavit in sempiternum sanctificationem.* Et sic patet, quod non habuit tunc majorem efficaciam passio Christi quam habeat nunc. Et ideo illi qui fuerunt tales, quales nunc sunt, qui in purgatorio detinentur, non fuerunt à purgatorio liberati per descensum Christi ad inferos. Si qui autem inventi sunt tales, quales etiam nunc virtute passionis Christi à purgatorio liberantur, tales nihil prohibet per descensum Christi ad inferos à purgatorio esse liberatos.

Ad primum ergo dicendum, quod ex illa auctoritate Augustini non potest concludi, quod omnes illi, qui in purgatorio erant, fuerint à purgatorio liberati, sed quod aliquibus eorum fuerit hoc beneficium collatum, illis scilicet qui jam sufficienter purgati erant, vel etiam qui dum adhuc viverent, meruerunt per fidem, & devotionem ad mortem Christi, ut eo descendente, liberarentur à temporali purgatorii poena.

Ad secundum dicendum, quod virtus Christi

Christi operatur in sacramentis per modum (a) sanationis, & expiationis eujusdam. Unde sacramentum Eucharistie liberat hominem à purgatorio; in quantum est sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato. Descensus autem Christi ad inferos non fuit satisfactorius: operabatur tamen in virtute passionis, quæ fuit satisfactoria, ut supra habitum est (quæst. xl. ix. art. 1. 2. & 3.) sed erat satisfactoria in generali, cujus virtutem oportebat applicari ad unumquemque per aliquid specialiter ad ipsum pertinens. Et ideo non oportet quod per descensum Christi ad inferos omnes fuerint à purgatorio liberati.

Ad tertium dicendum, quod illi defectus; à quibus Christus in hoc mundo simul homines liberabat, erant personales, proprie ad unumquemque pertinentes; sed exclusio à gloria Dei erat quidam defectus generalis pertinens ad totam humanam naturam. Et ideo nihil prohibet eos qui erant in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione à gloria, non autem à reatu poenæ purgatorii, qui pertinet ad propriam defectum; sicut è contrario sancti patres ante Christi adventum liberati sunt à propriis defectibus, non autem à defectu communi, sicut supra dictum est (quæst. xl. ix. art. 5. ad 1.)

QUÆSTIO LIII.

De resurrectione Christi,

in quatuor articulis divisa.

Consequenter considerandum est de his que pertinent ad exaltationem Christi: & primo de ejus resurrectione; secundo de ejus ascensione; tertio de ejus sessione ad dexteram Patris; quarto de judiciali potestate ipsius.

Circa primum occurrit quadruplex consideratio. Quarum prima est de ipsa Christi resurrectione. Secunda de qualitate resurrectionis. Tertia de manifestatione resurrectionis. Quarta de ejus causalitate.

Circa primum queruntur quatuor.

Primo, de necessitate resurrectionis ejus.

Secundo, de tempore.

Tertio, de ordine.

Quarto, de causa.

(a) Ita cum inf. edit. veteris; Garcia, & edit. Patav. satisfactorionis, Nicolajus sanctificationis.

ARTICULUS I.

Utrum fuerit necessarium Christum resurgere.

III. dist. XXI. quæst. 11. art. 1. & opusc. LX. cap. XII. princ.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod non fuerit necessarium Christum resurgere. Dicit enim Damascenus in Lib. IV. (orthod. Fid. cap. ult.) Resurrectio est secunda ejus quod dissolutum est, & cecidit, animalis resurrectio. Sed Christus non cecidit per peccatum, nec corpus ejus est dissolutum, ut ex supradictis patet (quæst. l. i. art. 3.); Non ergo proprie convenit sibi resurgere.

2. Præterea. Quicumque resurgit, ad aliquid altius promovetur: quia surgere est sursum moveri. Sed corpus Christi remansit post mortem Divinitati unitum; & ita non potuit in aliquid altius promoveri. Ergo non competeat sibi resurgere.

3. Præterea. Ea que circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinantur. Sed sufficiebat ad salutem nostram passio Christi, per quam sumus liberati à poenâ, & culpa, ut ex supradictis patet (quæst. xl. ix. art. 1. & 3.) Non ergo fuit necessarium quod Christus à mortuis resurgeret.

Sed contra est quod dicitur Luc. ult. 26. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis.

Respondeo dicendum, quod necessarium fuit Christum resurgere, propter queque. Primo quidem ad commendationem divinæ justitiæ, ad quam pertinet exaltare illos qui se propter Deum humiliant, secundum illud Luc. 1. 52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Quia igitur Christus propter caritatem, & obedientiam Dei se humiliavit usque ad mortem crucis, oportebat quod exaltaretur à Deo usque ad gloriosam resurrectionem: unde ex ejus persona dicitur in Psalm. cxxxvi. 11. Tu cognovisti, idest approbasti, sessionem meam, idest humilitatem, & passionem, & resurrectionem meam, idest glorificationem in resurrectione, sicut Glossa (interl.) exponit. Secundo ad fidei nostre instructionem: quia per ejus resurrectionem confirmata est fides nostra circa Divinitatem Christi: quia, ut dicitur II. ad Corinth. ult. 4. Esi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei. Et ideo I. ad Corinth. xv. 14. dicitur: Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est, & fides vestra: & in Psalm. xxix. 10. dicitur: Quia utilitas in sanguine meo, idest in effusione sanguinis mei, dum descendo, quasi per quoddam gradus

ARTICULUS II.

Utrum fuerit conveniens Christum tertiam die resurgere.

Supra quæst. l. i. art. 4. & III. dist. XXI. quæst. 11. art. 2. & opusc. l. i. cap. cclxlii. & opusc. LX. cap. x. cir. fin. & Psalm. xv. & Joan. 11. lect. 3.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quod non fuerit conveniens Christum tertiam die resurgere. Membra enim debent capiti conformari. Sed nos, qui sumus membra Christi, non resurgimus à morte tertiam die, sed nostra resurrectio differret usque ad finem mundi. Ergo videtur quod Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertiam die resurgere, sed debuerit ejus resurrectio differri usque ad finem mundi.

2. Præterea. Act. 1. 24. dicit Petrus, quod impossibile erat Christum detineri ab inferno, & morte. Sed quædam aliquis est mortuus, & detinetur à morte. Ergo videtur, quod Christi resurrectio non deberet differri usque ad tertiam diem, sed statim eadem die resurgere; præcipue cum Glossa supra inducta (art. præc.) dicat nullam esse utilitatem in effusione sanguinis Christi, si non statim resurgeret.

3. Præterea. Dies incipere videtur ab ortu Solis, qui sua presentia diem causat. Sed ortum Solis Christus resurrexit: dicitur enim Joan. xx. 1. quod una Sabbati Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum; & tamen Christus jam resurrexerat, quia sequitur: Et vidit lapidem sublatum à monumento. Non ergo resurrexit Christus tertiam die.

Sed contra est quod dicitur Matth. xx. 19. Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertiam die resurget.

Respondeo dicendum, quod, sicut dictum est (art. præc.) resurrectio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostre. Est autem fides nostra, & de Divinitate, & humanitate Christi, non enim sufficit alterum sine altero credere, ut ex prædictis patet (2. 2. quæst. 11. art. 7. & 8.) Et ideo ad hoc quod confirmaretur fides de veritate Divinitatis ipsius, oportuit quod cito resurgeret, & ejus resurrectio non differretur usque ad finem mundi. Ad hoc autem quod confirmaretur fides de veritate humanitatis, & mortis ejus, oportuit moram esse inter mortem, & resurrectionem. Si enim statim post mortem resurrexisset, videri posset quod ejus mors vera non fuerit, & per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem autem mortis Christi manifestandam sufficiebat quod usque ad tertium diem ejus resurrectio differretur: quia

malorum, in corruptionem? quasi dicat, Nulla.

Si enim statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum nemini annuntiabo, nullum lucrabor. ut Glossa (interl. & ord. Aug.) exponit. Tertio ad sublevationem nostre spei: quia, dum vidimus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus, & nos resurrecturos. Unde dicitur I. ad Cor. xv. 12. Si Christus predicatur quod resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est? & Job xix. 25, dicitur: Scio, scilicet per certitudinem fidei, quod redemptor meus, idest Christus vivit à mortuis resurgens: & ideo in novissimo die de terra surrecturus sum: reposita est hæc spes mea in sinu meo. Quarto ad informationem vitæ fidelium, secundum illud Rom. vi. 4. Quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita, & nos in novitate vitæ ambulemus: & infra: Christus resurgens ex mortuis jam non moritur: ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo. Quinto ad complementum nostre salutis: quia sicut per hoc quod mala sustinuit humiliatus est moriendo, ut nos liberaret à malis; ita glorificatus est resurgendo, ut nos promoveret ad bona, secundum illud Rom. 1. v. 25. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram.

Ad primum ergo dicendum, quod licet Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen per mortem, quia, sicut peccatum est casus à justitia, ita mors est casus à vita: unde ex persona Christi potest intelligi quod dicitur Mich. vi. 8. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: confurgam. Similiter etiam licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animæ à corpore dissolutio quædam fuit.

Ad secundum dicendum, quod Divinitas erat carni Christi post mortem unita unione personali, non autem unione naturæ; sicut anima unitur corpori ut forma ad constituendam humanam naturam. Et ideo per hoc quod corpus ejus unitum est animæ, promovetur est in altiore statum naturæ, non autem in altiore statum personæ.

Ad tertium dicendum, quod passio Christi operata est nostram salutem, proprie loquendo, quantum ad remotionem malorum; resurrectio autem quantum ad inchoationem, & exemplar bonorum.

quia non contingit quin infra hoc tempus in homine, qui mortuus videtur, cum vivat, appareant aliqua indicia vitæ. Per hoc etiam quod tertia die resurrexit, commendatur perfectio temerit, qui est numerus omnis rei, ut pote habens principium, medium, & finem, ut dicitur in I. de celo (text. 2.) Ostenditur etiam significatur quod per resurrectionem Christi tertium tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incipit etiam in Christi resurrectione tertius status Sanctorum: nam primum fuit sub figuris legis, secundum sub veteritate fidei, tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoavit resurgendo.

Ad primum ergo dicendum, quod caput, & membra conformantur in natura, sed non in virtute: excellentior est enim virtus capitis quam membrorum. Et ideo ad demonstrandam excellentiam virtutis Christi conveniens fuit ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata usque ad finem mundi.

Ad secundum dicendum, quod detentio coactionem quandam importat. Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur adstrictus, sed erat inter mortuos liber: & ideo aliquandiu in morte mansit, non quasi detentus, sed propria voluntate, quamdiu iudicavit hoc esse necessarium ad instructionem fidei nostræ. Dicitur autem statim fieri quod sit brevi interposito tempore.

Ad tertium dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. LI. art. 4. ad 2.) Christus resurrexit circa diluculum illucescente jam die, ad significandum quod per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat; sicut mortuus est ad vesperscente jam die, & recedente in tenebras, ad ostendendum quod per suam mortem destrueret tenebras culpæ, & peccati. Et tamen dicitur tertia die resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet spatium viginti-quatuor horarum: & sicut dicit Augustinus in IV. de Trinit. (cap. VI. ante med.), non usque ad diluculum, quo Domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit de tenebris lucem clarescere, ut per gratiam novi Testamenti, & participationem resurrectionis Christi audiremus, fuitis aliquando tenebræ; hunc autem lux in Domino, insinuat nobis quodammodo, autem à nocte dies sumat initium: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, à luce in noctem, ita isti propter hominis re-

parationem à tenebris ad lucem computantur. Et ita patet, quod etiam si media nocte resurrexisset, posset dici eum die tertia resurrexisse, intelligendo de die naturali. Nunc autem cum diluculo resurrexit, posset dici, quod tertia die resurrexit, etiam accipiendo diem artificialem, quo captatur ex præsentia Solis, quia jam Sol incipiebat aërem illustrare. Unde, & Marci ult. 2. dicitur, quod mulieres venerunt ad monumentum, orto jam Sole: quod non est contrarium ei quod Joan. dicit: Dum adhuc tenebræ essent, ut Augustinus dicit in Lib. III. de contentu Evangelist. (cap. xxiv. inter princ. & med.) quia die resurgente, reliquis tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quod autem dicit Marcus, Orto jam Sole, non sic accipiendo est, tamquam jam Sol ipse videretur super terram, sed tamquam de proximo adveniente in has partes.

ARTICULUS III. 296

Utrum Christus primo resurrexerit.

IV. dist. XLII. art. 3. quæst. 1. ad 3. & opus. 11. cap. cxxxvi. & cxxxvii. & I. Cor. v. lect. 3. in princ. & ad Col. 1. lect. 5.

Ad tertium sic proceditur. Videtur quod Christus non primo resurrexerit. Nam in veteri Testamento per Eliam, & Eliaham aliqui resuscitati leguntur, secundum illud Heb. x. 35. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: similiter, & Christus ante passionem suam tres mortuos resuscitavit. Non ergo Christus fuit primus resurgens.

2. Præterea, Matth. xxvii. 52. inter alia miracula quæ in passione Christi acciderunt, narratur quod monumenta aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt. Non ergo Christus fuit primus resurgens.

3. Præterea, sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostræ resurrectionis, ita per suam gratiam est causa nostræ gloriæ, secundum illud Joan. 1. 16. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed alii prius tempore gratiam habuerant quam Christus, sicut omnes patres veteris Testamenti. Ergo etiam alii prius ad resurrectionem corporalem pervenerunt quam Christus.

Sed contra est quod dicitur I. ad Cor. xv. 20. Christus resurrexit à mortuis, prima die dormientium: Glossa (interl.), quia prius tempore, & dignitate resurrexit.

Respondendo dicendum, quod resurrectio est reparatio à morte in vitam. Dupliciter est reparatio: quia spiritus à morte: uno modo solum à morte in actu, ut scilicet aliquis vivere incipiat qualitercumque, postquam mortuus fuerat, alio modo ut aliquis liberetur non solum à morte, sed etiam à necessitate, & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera, & perfecta resurrectio: quia quamdiu aliquis vivit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei dominatur, secundum illud Rom. viii. 10. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam, quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, id est potentialiter. Et sic patet, quod illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgens: quia ipse resurgendo primo pervenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Rom. vi. 9. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. Sed resurrectio imperfecta quidam alii resurrexerunt, ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius.

Et sic patet responso ad primum: quia & illi qui resuscitati in veteri Testamento sunt, & illi qui resuscitati sunt à Christo, sic resurrexerunt ad vitam ut iterum morerentur. Ad secundum dicendum, quod de illis qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio. Quidam enim asserunt, quod redierunt ad vitam tamquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum, si iterum morerentur, quam si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xxvii. 52. Et multa corpora Sanctorum) quod non ante resurrexerunt, quam resurrexerunt Dominus. Unde, & Evangelista dicit, quod exonerati de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Sed Augustinus in epistola ad Evodium (xcix. ante med.) hanc opinionem commemorans dicit: Scio quibusdam videri morte Domini Christi jam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur: qui si non iterum re-

turnaverint, alio modo ut aliquis liberetur non solum à morte, sed etiam à necessitate, & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera, & perfecta resurrectio: quia quamdiu aliquis vivit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei dominatur, secundum illud Rom. viii. 10. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam, quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, id est potentialiter. Et sic patet, quod illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgens: quia ipse resurgendo primo pervenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Rom. vi. 9. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. Sed resurrectio imperfecta quidam alii resurrexerunt, ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius.

Et sic patet responso ad primum: quia & illi qui resuscitati in veteri Testamento sunt, & illi qui resuscitati sunt à Christo, sic resurrexerunt ad vitam ut iterum morerentur. Ad secundum dicendum, quod de illis qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio. Quidam enim asserunt, quod redierunt ad vitam tamquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum, si iterum morerentur, quam si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hieronymus dicit super Matth. (sup. illud cap. xxvii. 52. Et multa corpora Sanctorum) quod non ante resurrexerunt, quam resurrexerunt Dominus. Unde, & Evangelista dicit, quod exonerati de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Sed Augustinus in epistola ad Evodium (xcix. ante med.) hanc opinionem commemorans dicit: Scio quibusdam videri morte Domini Christi jam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur: qui si non iterum re-

turnaverint, alio modo ut aliquis liberetur non solum à morte, sed etiam à necessitate, & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera, & perfecta resurrectio: quia quamdiu aliquis vivit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei dominatur, secundum illud Rom. viii. 10. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam, quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, id est potentialiter. Et sic patet, quod illa resurrectio qua quis eripitur solum ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgens: quia ipse resurgendo primo pervenit ad vitam penitus immortalem, secundum illud Rom. vi. 9. Christus resurgens ex mortuis jam non moritur. Sed resurrectio imperfecta quidam alii resurrexerunt, ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius.

postis corporibus dormierunt, videndum est, quomodo intelligatur Christus primo genitus à mortuis, si eum in illa resurrectione tot præcesserunt. Quod, si respondeatur, hoc esse dictum per anticipationem, ut monumenta illo terræ motu aperta intelligantur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisset; illud ad huc restat quod moveat, quomodo Petrus non de David, sed de Christo asserit fuisse prædictum, carnem ejus non vidisse corruptionem, per hoc quod apud eos erat monumentum David: & sic illos non convinceret, si corpus David ibi jam non erat: quia est ante in recenti sua morte resurrexisset, nec caro ejus vidisset corruptionem, postea nihilominus illud monumentum manere. Durum autem videtur ut David non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis jam æterna donata est, cuius Christus esse semine commendatur. Periclitabitur etiam illud, quod ad Hebræos de iustis antiquis dicitur: Ne sine nobis consummarentur: si jam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quæ nobis perficiendis in fine promittitur. Si ergo Augustinus sentire videtur, quod resurrexerunt iterum morituri. Ad quod etiam videtur pertinere quod Hieronymus dicit super Matth. (loc. sup. cit.) quod sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora Sanctorum resurrexerunt, ut Dominus ostenderet resurgens. Quamvis hoc in sermone de assumptione (a) sub dubio relinquat, Rationes tamen Augustinij multo efficaciores videntur.

Ad tertium dicendum, quod sicut ea quæ præcesserunt Christi adventum, fuerunt preparatoria ad Christum; ita gratia est dispositio ad gloriam. Et ideo ea quæ sunt gloriæ, sive quantum ad animam (sicut perfecta Dei fruitio) sive quantum ad corpus (sicut resurrectio gloriosa) prius tempore debuerunt esse in Christo sicut in auctore gloriæ, gratiam vero conveniebat prius esse in his quæ ordinabantur ad Christum.

AR. (a) Hic tamen sermo non est Augustini. Post illa autem verba (sub dubio relinquat, hoc in textu subijcitur Nicolajus). Ubi multis dubitari præmittit an assumpta fuerit simul cum corpore B. Virgo, an abicere relicto corpore, ab aliis nonnullis autem jam resuscitatum adstrui, & beata cum Christo immortalitate vestiri; & subjungit: Verumtamen quid horum verius censeatur ambigimus. Melius tamen Deo totum, cui nihil impossibile est, committimus, quam ut aliquid ea de re temere definire velimus auctoritate nostra, sicut & de his quos cum Domino resurrexisse credimus (Evangelio teste) sed utrum redierint in pulverem terræ, certum non habemus; nisi quod legitimus, quia multa corpora Sanctorum qui dormierant, resurrexerunt ac venerunt in sanctam civitatem (scilicet Hierusalem) & apparuerunt multis. De quibus profecto nonnulli Doctorum senserunt, & in suis etiam scriptis reliquerunt, quod jam in illis perpetua sit completa resurrectio. Fatentur enim quod veri testes non essent, nisi & vera eorum esset resurrectio. Quod sane factum, & de aliis, quibusdam locis Scripturarum affirmare conantur, quod hi jam cum Christo regnent resuscitati in æterna societate. Quod, quia Deo nihil impossibile est, non abuiimus factum; quamquam propter cautelam, salva fide, pio magis desiderio id opinari oporteat, quam inconsulte definire, quod sine periculo nescitur: quia non est necessarium ad salutem. Tunc statim sequitur. Rationes tamen, &c.

ARTICULUS IV. 297

Utrum Christus fuerit causa sue resurrectionis.

Psal. xl. & Joan. 11. & 111. & ad Rom. 1v. fin.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod Christus non fuerit causa sue resurrectionis. Quicumque enim suscitatur ab alio non est sue resurrectionis causa. Sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Act. 11. 24. *Quem Deus suscitavit, solvens doloribus inferni: & Rom. vii. 11. Qui suscitavit Jesum Christum à mortuis, vivificavit, & mortalia corpora nostra.* Ergo Christus non est causa sue resurrectionis.

2. Præterea. Nullus dicitur mereri, qui ab alio petit aliquid, cuius ipse est causa. Sed Christus sua passione meruit resurrectionem, sicut Augustinus dicit super Joan. (tract. civ. sub fin.) quod *humilitas passionis meritum est glorie resurrectionis: ipse etiam petit à Patre se suscitari, secundum illud Psal. xl. 11. Tu autem Domine, miserere mei, & rescifica me:* Ergo non fuit causa sue resurrectionis.

3. Præterea. Sicut Damascenus probat in IV. Lib. (orth. Fid. cap. ult.) resurrectio non est anime, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam unire, quæ est eo nobilior. Ergo id quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa sue resurrectionis.

Sed contra est, quod Dominus dicit Joan. x. 18. *Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam.* Sed nihil est aliud resurgere quam iterato animam sumere. Ergo videtur quod Christus propria virtute resurrexit.

Respondet dicendum, quod, sicut supra dictum est (quæst. l. art. 2. & 3.) per mortem non fuit separata Divinitas nec ab anima Christi, nec ab ejus carne. Potest igitur tam anima Christi mortui, quam ejus caro considerari dupliciter: uno modo ratione Divinitatis; alio modo ratione ipsius nature creatæ. Secundum igitur unitæ Divinitatis virtutem, & corpus resumpsit animam, quam deposuerat, & anima corpus resumpsit, quod dimiserat: & sic Christus propria virtute resurrexit. Et hoc est quod de Christo dicitur II. ad Corin. ult. 4. *quod est crucifixus est ex infirmitate (a) nostra, sed vivit ex virtute Dei.* Si autem consideremus corpus, & animam Christi mortui secundum virtutem nature creatæ, sic non potuerunt sibi invicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitari à Deo.

(a) Ita cum vñ. editi omnes. In Vulgata desit nostra.

Ad primum ergo dicendum, quod eadem est divina virtus, & operatio Patris, & Filii: unde hæc duo sese consequuntur, quod Christus sit suscitatus divina virtute Patris, & sui ipsius.

Ad secundum dicendum, quod Christus orando perit, & meruit suam resurrectionem, in quantum homo, non autem in quantum Deus.

Ad tertium dicendum, quod corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi; est tamen ea potentius secundum virtutem divinam, quæ etiam rursus secundum Divinitatem unitam est potentior corpore secundum naturam creatam. Et ideo secundum virtutem divinam corpus, & anima mutuo se resumpserunt, non autem secundum virtutem nature creatæ.

QUÆSTIO LIV.

De qualitate Christi resurgentis

in quatuor articulis divisæ

Einde considerandum est de qualitate Christi resurgentis: & circa hoc quaeruntur quatuor.

Primo, utrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus.

Secundo, utrum resurrexerit cum corporis integritate.

Tertio, utrum corpus ejus fuerit gloriosum.

Quarto de cicatricibus in corpore ejus apparentibus.

ARTICULUS I. 298

Utrum Christus post resurrectionem habuerit verum corpus.

Inf. art. 3. coe. & opusc. LX. cap. xxii.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus. Verum enim corpus non potest simul esse cum alio corpore in eodem loco. Sed corpus Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intravit enim ad discipulos suos januis clausis, ut dicitur Joan. xx. Ergo videtur quod Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus.

2. Præterea. Verum corpus non evanescit ab aspectu intuentium, nisi forte corrumpatur. Sed corpus Christi evanuit ab oculis discipulorum eum intuentium, ut dicitur Luc. ult. Ergo videtur quod Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus.

3. Præ-

3. Præterea. Cujuslibet veri corporis est determinata figura. Sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, ut patet Matth. ult. Ergo videtur, quod Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus humanum.

Sed contra est quod dicitur, Luc. ult. 37. quod Christo discipulis apparente, *convulsus, & contrivit existimabant se spiritum videre*, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum; ad quod removendum ipse postea subdit: *Palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Non ergo habuit corpus phantasticum, sed verum.

Respondet dicendum, quod, sicut Damascenus dicit in IV. Lib. (orth. Fid. cap. ult. à princ.) *illud resurgere dicitur quod cecidit.* Corpus autem Christi per mortem cecidit, in quantum scilicet fuit ab eo anima separata, quæ erat ejus formalis perfectio. Unde oportuit ad hoc, quod esset vera Christi resurrectio, ut idem corpus Christi iterato eadem animæ uniretur. Et, quia veritas nature corporis est ex forma, consequens est quod corpus Christi post resurrectionem, & verum corpus fuerit, & ejusdem nature, cuius fuerat prius. Si autem ejus corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

Ad primum ergo dicendum, quod corpus Christi post resurrectionem non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ, sicut quidam dicunt, clausis januis ad discipulos introivit, simul cum alio corpore in eodem loco existens. Sed utrum hoc habere possit corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, ut simul cum alio corpore in eodem loco existat, inferius discutietur (in Supplem. quæst. lxxxii. art. 4.) ubi agetur de resurrectione communi. Nunc autem quantum ad propositum sufficit, dicendum est, quod non ex natura corporis, sed potius ex virtute Divinitatis unitæ, illud corpus ad discipulos, licet verum esset, januis clausis introivit. Unde Augustinus dicit in quodam sermone paschali (colligitur ex serm. cl. ix. de temp.) quod quidam sic disputant: *Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro, quod pendit in ligno, quomodo per ossa clausa intrare potuit?* Et respondet: *Si comprehendis modum, non est miraculum, ubi desicci ratio, ibi est fides edificatio.* Et super Joan. (tract. cxxi. à med.) dicit: *Molti corpori, ubi Divinitas erat, ossa clausa non obstitit: ille quippe non eis aperit intrare potuit, quo nascente virginitas matris inviolata permansit.* Et idem dicit Gregorius in quadam homilia de octava Paschæ (xxvi. in Evangel. circ. princ.)

Ad secundum dicendum, quod, sicut dictum est (quæst. præc. art. 3.) Christus resur-

rexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc est autem dispositio corporis gloriosi, ut sit spirituale, id est subiectum spirituali, ut Apostolus dicit I. ad Cor. xv. Ad hoc autem quod fit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quod omnis actio corporis subdatur spiritus voluntati. Quod autem aliquid videatur, fit per actionem visibilibus in visum, ut patet per Philosophum in II. de Anima (tex. 73. & 74.) Et ideo quicumque habet corpus gloriosum, in potestate sua habet videri, quando vult, & quando non vult, non videri. Hoc tamen habuit Christus non solum ex conditione corporis gloriosi, sed etiam ex virtute Divinitatis, per quam fieri potest ut etiam corpora non gloriosa miraculose non videantur, sicut prælitum fuit B. Theolomæo miraculose, ut si vellet, videretur, non autem videretur, si non vellet. (a) Dicitur ergo, quod Christus ab oculis discipulorum evanuit, non quia corrumpere, aut resolveretur in aliqua invisibilia; sed quia sua voluntate desit ab eis videri, vel vel eo præsentem, vel etiam eo abscedente velocius per diem agilitatis.

Ad tertium dicendum, quod, sicut Severianus dicit in sermone paschali (id hab. Per. Chrysol. in sermone lxxxii. ad fin.) *nemo potest, Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse.* Quod est intelligendum quantum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum, & deforme fuerat in corpore Christi per Spiritum Sanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset. Accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis; unde idem ibidem subdit: *Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis; ut hoc sit acquisisse vultus gloriam, non vultus substantiam perdidisse.* Nec tamen illis discipulis in specie gloriosa apparuit; sed sicut in potestate ejus erat ut corpus suum videretur, vel non videretur; ita in potestate ejus erat ut ex ejus aspectu formaretur in oculis intuentium vel forma gloriosa, vel non gloriosa, aut etiam mixta, vel qualitercumque se habens. Modica tamen differentia sufficit ad hoc, quod aliquis videatur in aliena effigie apparere.

AR-

(a) Sic in antiquo Predicatorum Rituali, quod anno 1254. quo tempore vivebat, D. Thomas, editum in Conventu Parisiensi S. Jacobi asseratur. Hæc ad marginem Nicolajus. bull. anno 1251.